



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XIX. De Aduentu Magorum Hierosolymam. Ididem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

feruari, & confirmari; quanto studio, quantoque gaudio sulcienda! & quanta cum gratiarum actione; quam illis diligenter respondendum. Vidimus, & venimus. Difficultates domesticæ superandæ. "Quando scientes interrogant, negligentes arguunt, increpant desides, seruum Domino non occurrisse causantur.) Chrysol. s. 156.

3. Si non munera, at certè pro muneribus receptacula paranda, Memoria, Intellectus, Voluntas; manus etiam implendæ actione aliquâ proportionata. *Ambulate dum lucem habetis* (inquit Ioan. 12. postea Christus) *ut non vos tenebra comprehendant, & qui ambulat in tenebris nescit quò vadat.*

XIX.

De Aduentu Magorum Hierosolymam.
Ibidem.

1. **V**enerunt Hierosolymam dicentes, *ubi est qui natus est Rex Iudæorum?* Hoc est dicere, Cur Rex Iudæorum in præsepe iacet? & non decumbit in templo? Cur non fulget in purpura, sed squalet in pannis, &c.) *Audiens au-* Chrysol. s. 156.

tem & Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Non verentur Regem de Rege quærentes; neque satis mirari possunt, quod ij turbentur qui lætari debuissent, nam *salus ex Iudæis est*; & non pro Iudæis? Caue ingratitude, caue præiudicium: Zacharias primum mutus, tum loquens, sterilis Elizabeth pariens, Angeli Pastoribus nuntiaverant, & turbatur Rex; turbatur & omnis cum Rege Hierosolyma, "quid mirum si nascente pietate turbatur impietas?" August.

Io. 4. 22.

Aug ser. 2.
de Inno-
centibus.

2. Et ¹ congregans ² omnes ³ Principes sacerdotum, & ⁴ Scribas populi, ⁵ sciscitabatur ab eis ⁶ ubi Christus nasceretur.

Ambr. l. 2.
in Lucam.

"Magi Regem nuntiant, Herodes Christum requirit, ipsum igitur Regem de quo interrogat confitetur, & cum ubi nasci haberet inquiritur, utrique prænuntiatus ostenditur.) Christum tamen & Regem & prænuntiatum vide quo animo quærat, qua diligentia simul." Si in eum crederes cum eo regnares; & sicut ab illo accepisti temporale regnum, acciperes sempiternum.) Fulg.

Fulg. ser. 5.

3. At illi dixerunt in ¹ Bethleem Iudæ,
sic

sic enim scriptum est per Prophetam, & tu
Bethleem terra Iuda, nequaquam minima
es in Principibus Iuda; ex te enim
exiet dux qui regat populum meum Israël.

“O amentes Iudæi! venisse non credi-
tis quem videris; venisse non creditis
quem dicitis esse venturum.) Si autem
non minimus est in Principibus ex quo
exiit dux iste; quantus esse potes, in
quem intrat ut regat, ut pascat, ut tibi se
totum pandat, & suum faciat, si modò
velis.

Ambr. sup.

XX.

De Itinere Magorum in Bethleem.

Matth 2.7.

1. **T**unc Herodes clam vocatis Magis
diligenter didicit ab eis tempus
stella qua apparuit eis; & mittens illos in
Bethleem, dixit, Ite & interrogate dili-
genter de Puerò, & cum inueneritis, renun-
ciate mihi, ut & ego veniens adorem
eum. Quod alios docemus primò facia-
mus, ne maius sit iudicium. O Puer!
qui te non quærat diligenter. Interro-
ga de Puerò diligenter, ut in dies intel-
ligas perfectius, quod est, Admirabilis, Esaia 9.6.

E 4

Deus,